



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciones Sive Conceptvs Theologici, De Praecipvis Omnivm Sanctorum Festiuitatibus, ab omnium Sanctorum Festo ad Pascha vsque occurentibus

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1614

In festo SS. Innocentium. De bello Christi & diaboli edisserit deinde
Euangelium exponitur. De dolore Iosephi & Maria in discessu in Ægyptum.
De Herodis crudelitate. deq[ue] innocentibus & eorum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54700)

raoni gratum & acceptum esse cernerent, audacter ei locuti sunt, suamque necessitatem exposuere. Nos filij Iacob, cum te fratrem nostrum hodie *Gen. 44.* in cœlesti aula Regum Regi gratum sciamus, ad te accedimus, opem & auxilium tuum postulamus, tuamq; intercessionem exposcimus, fratrum tuorum preces, ô mitissime Ioseph, noli reiicere, aliquid in eorum gratiam præsta, fac obsecro, vt solius Dei amor, qui semper in animo tuo eluxit & exarsit in nostro quoque perpetuo exardeat, vt nimirum, illum eo, quo olim tu, amore completentes in altero mundo etiam eo, quo tu eum modo vides, videre valeamus, quod beatitudinis nostræ caput est, ad quam nos sanctissima & individua Trinitas conducat. Amen.

IN FESTO SS. INNOCENTIVM.

Herodes videns, quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infra, Matth. 2.

FIGVRA.

DAuid Rex, cum Arcam Domini in ciuitatem *2 Reg. 6.* Bethleem, quæ in tribu Iuda, duobus ab Ierosolymis, & viginti à Nazaret aberat miliaribus, & in qua ipse natus erat, conduxisset, varias Deo victimas immolauit, thymiamata plurima accedit, hostias & sacrificia obtulit. Quam porro præclara hæc figura est ad diram Innocentium stragem declarandam: Vix enim sacra Humanitatis Christi Arca eam ipsam ciuitatem Bethleem intrauerat, quin statim infinitæ victimæ & grex immolatorum

f 5 rum

rum tener Domino, crudeli Herodis gladio, in
 crificium cadat: ipsi inquam innocentes, qui
 Herodes rabie & furore accensus hodie obru-
 cari & interfici iubet. Videre videor efferae
 carnifices, gladio tenera scrutantes viscera, ab-
 sis matrum vberibus carissima auellentes pigo-
 ra, sanguine natate compita matrum eiulatum
 lamenta audire, ac variam vbiq; locorum strage
 editam cernere. O triste nuntium! ô crudele ac-
 ferandum spectaculum, ô cruentam tragediam
 & stragera, tragico dignam decantari cothurno
 Equidem hanc hodierna concione describere
 creui. Ad sis Spiritus paraclite, qui corda fidelium
 illustratione superna edoces, tuque ô gloria
 Deipara patrocinio nobis tuo succurre: inter-
 dum Angelica te salutione inuocamus.

Maria.

Bellum
 inter Chri-
 stum &
 diabolum.

Nullum vnquam crudelius vel immanius
 metuendum magis bellum existit, quam
 quod Christus cum diabolo hoste suo iuratis
 gessit: cuius origo & causa non nisi immortale
 tui potest odiû & inimicitia nullo vnquam
 pore conciliabilis, quæq; iam ab ipso mundi
 mordio cœpit, & ad finem vsq; illius duratura
 Vix enim cœlum conditum erat, quin statim
 se decertare cœperunt, atq; inter se atrocissime
 gladiari: cuius belli successum, & victorias
 Ioannes in Apocalypsi describit, & factum est
 magnum in cœlo, &c. In Paradiso quoque ter-
 iterum congregiuntur, & prœlia miscent, atq;
 miscent, vt perenne id bellum fore Deus præ-
 rit. *Inimicitias ponam inter te & mulierem, inter
 tuum, & semen illius, quæ nullo vnquam æuo
 entur.*

Apoc. 12.

Hoc non nisi Prophetice pronunciauit Deus.

longo

longo post tempore Ioannes Euangelista emblematicus in Apocalyp. sua expressit. describit siquidem mulierem parturientem, mulierem inquam qua sole ut chlamyde vestiebatur, lunam vero sub pedibus tenebat, & in capite coronam duodecim stellarum habebat; hanc septiceps, pluribusq; instructis cornibus draco persequeretur: *Et ecce draco magnus rufus, habens capita septem, & cornua decem: & draco stetit ante mulierem, qua erat paritura, ut cum peperisset, filium eius deuoraret.* Ecce aenigmatis huius expositionem. Mulier haec virginis Deiparae sole iustitiae circumamicta, imago est, mundum qui per lunam designatur pedib. calcatis, deinde virtutibus per stellas significatis coronata: hanc Filium Dei vtero gestantem Satan Draco ille tartareus, tot capitibus instructus & cornibus, id est, mille nocendi artibus & strategematis armatus, persequitur, & quamdiu mundi haec machina consistet, persequetur. Figurae ut videtis veteris huius belli & inimicitiae plurimae ubiq; occurrunt.

Iacob & Esau sese mutuo materno in vtero calcibus impetebant, & semper quoad viuerent, inter se contendebat. Docemur hic Christum & Diabolum saepe inter se digladiari, & ab ipsa Natiuitate, ab ipso inq; mundi primordio capitale inter se odium gessisse, & hactenus gerere, ac crudeles inimicitias fouere. Bernard. cum motum horum ac discordiae Belli huius causam & originem inuestigaret, dicit eam a primo instanti, quo Angeli creati fuere coepisse. nam cum diuina reuelatione didicissent, Verbum Dei humanam carnem assumpturum, & unigenitum Patris, hominis redimendi ergo, caelo descensurum, simulq; iussi essent eundem incarnatum adorare, *Et adorent eum omnes Angeli eius: Lucifer, superbia, & fastu tumens associatis tibi aliquot eiusdem mentis* &

Gen. 24.

Belli huius causa.

&

& voluntatis Angelis hoc facere recusavit; sed omnes exinde diuinitati aduersantes, ipsam quoque ambierunt, firmiter secum statuentes, homines hunc nunquam agnoscere, quasi penitus indigiti & à natura sua nimium quantum alienum fore Angelorum naturam humanæ subiectam esse, hominesque ut superiores agnoscere. Ideo magnam ignominia & infamia cœlo expulsi, & in terram relegati, omni ratione accedente inuidia, impetere conati sunt, Deus ne humanam naturam inderet, veriti ne ei se submittere, ipsique homines angelicæ dignitati præcellerent, cogentur.

Atque ideo quamprimum, ut homo conditus & in Paradiso terrestri collocatus, eum diabolus aggressus est, & oppugnauit, ita ut expugnatus ad terram deiecerit, eumque debellans, omnemque posteritatem inuisibili ictu sauciarit. *In quibus peccauerunt, & mortui sunt.* Conabatur quidem nefandus ille sicarius, omnem illam propagationem abolere, è qua nimirum hostis iuratusissimus nasci debebat; aut ita saltem corrumpere & inficere, ut eam Deus indignam, è qua carnem sumeret, cuiusque naturam sibi copularet, iudicaret. Huc illudens in Euangelio Dominus Iudæis sanguinem suum, & interitum sitientibus, dicebat: *Vos tres diabolo estis, & desideria patris vestri vultis perficere, ille homicida fuit ab initio.* Ex illo namque tempore varias excogitauit rationes, ad Messiam opprimendum, omnemque progeniem, è qua nasci debebat, excindendam.

Rom. 5.

Ioan. 8.

Exod. 2.

Gen. 22.

Conspiratione illa finita aliam eadem ex causâ in Ægypto adornat: cum enim videret Hebræos, quibus Messiam iuxta promissionem Abrahami futuram, nasciturum sciebat, in Ægypto captiuos detineri; Pharaonem Regem exstimulauit, omnesque

masculos interfici, & in profluentem abijci iuberet, sperans interfectis paruulis Mesiæ quoq; aduentum impediendum. Sed aliter visum superis, nam Moses in profluentem coniectus submersioni eripitur, spemq; adfert mundo, Mesiã, Satana nequidquam remoram obijciente, venturum, atque æternum Patris verbum carnem nostram assumpturum.

Cum nec hoc videret ad votum successisse, noua consilia machinabatur: nam furore & rabie percitus Regnum Israël ingressus, impiam Athaliam ex-^{4. Reg. 11.} citat, & velut in aciem producit, vxorem sc. Regis Ioram, & Ochosiæ Matrem, quæ nescio, quo cestro in transuersum acta suggerente Dæmone, omne semen regium interfecit, & David posteros delere conata est, ad hoc eam Satanas impellebat. Sciebat enim Mesiã de familia David, iuxta quod olim ei promiserat Dominus, nasciturum, Verum frustra fuit, diuina namq; prouidentia euasit sicariorum manus Ochosias, filius Ioas, qui auxilio Ioia-^{dæ Pontificis regnum paternum adeptus est.}

Neq; ideo tamen animo concidit, nam cum omnia sua machinamenta irrita esse cerneret in Iu-^{Esther. 3.} dæa, longo post tempore Perfidẽ ingreditur, & vnum è præcipuis Regni proceribus, Aman nomine, aggressus, tale ei aduersus Iudæos, è quib. prædictum erat Verbum Patris carnem assumpturũ, odium infixit, vt non prius quiescere potuerit, q̄ decretum à Rege Assuero obtinisset, quo vniuersus Iudaicus populus, qui in eius ditionibus versabantur, morti crudelissimæ addicebatur. Et *littere signatæ ipsius annulo missæ sunt per cursores regis ad vniuersas prouincias, vt occiderent atq; delerent omnes Iudæos à puero vsque ad senem, paruulos & mulieres vno die.* Sed remoram obiecit Deus, nam Esther Regi-
na

na Regi supplex facta populum ab interitu vindicauit, ac regium diploma obtinuit, quo omnes eorum hostes, & in primis Aman, interficerentur.

An nondum hic rabies eius & crudelitas obrutum quieuit: verum cum nec hoc ex voto successisset, sed ipsum semen Iacob nihilominus celsus esset, nouo strategemate usus est. Nam cum peruenisset filium Dei carnem ex eo assumpturum, principium Antiochum excitat & exstimulat, qui omnem posteritatem Iacob, & in primis Machabæorum, qui ex semine regio & Pontificio descendebant, abolere firmiter decreuit. Verum & hæc machina disrupta in auras euauit, magnoq; suo dedecore Rex bellum ijs mouere aggressus est: *quia Dominus dissipat consilia gentium, & non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum, & crudelia machinamenta! infelices conceptus! crudeles conspirationes! sed sunt profecto & aliæ, longeq; maiores.*

Ecce namq; sanguinolentus ille draco, cum sciret, quod maxime metuebat, iam factum esse, Messiam inquam, in hunc mundum venisse, Verbum carnem induisse, in Bethleem quoq; natum esse, hoc denuo, noua quadam ratione furit, insolescit, effrascit, superos & acheronta conciet, atq; omnem lapidem mouet, iraq; & rabie tumens Herodē, pedum nequissimum armat, qui paruulos omnes qui in Bethleem & eius finibus erant, interfici sperans vnâ cum his Iesum occidendum. O oculum incredibile, ô bellum, cui nullum vnquam par existit! Tragicum & cruentum hoc spectaculum in Euangelij hodierni teatro exhibetur: audiamus loquentem prologum, *Herodes videns, quoniam illisus esset à Magis, iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus eius.*

Mach. 2.

Sap. 32.

Prou. 21.

eius. Vt autem ordine triste hoc argumentum representem, primo, de Christi fuga in Ægyptum, deinde de infāda infantium strage & exterminio, quæ duo Euangelij huius caput sunt, agendum erit. Aures benignas præbete, & lacrymas parate, interea dum lugubrem & luctuosam hanc materiam profequor.

Euangelicus contextus & sensus hic est. Iudææ Rex Herodes, antipatri Ascalonitæ Idumæi, quem Iulius Cæsar bello Alexandrino confecto, in illo regno constituit, & senatusconsulto publice Regem Iudæorum declarauit, filius, cum infantium, qui in finibus Bethleemiticis erant, cædem concepisset, Ioseph Christi, vt quidem vulgo existimabant Pater ab Angelo in somnis admonitus fuit, vt matrem cum puero acciperet, & in Ægyptum fugeret, quo Herodis crudelitatem experiri non cogereetur, *surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum.*

In historiæ huius limite stupefactus hæreo & maior, cur Iosepho potius quam Beatissimæ Virgini Angelus apparuerit. Et merito mirandum est; sed variæ statui huiusce rei causæ possunt. Primo, ne Virgo, audito, tam grande filio suo vitæ discrimen instare, insolito timore turbaretur; & audiens eum, quem Reges è longinquis regionib. profecti adorauerāt, à rege Iudæorum ad necem quaeri, grauissimum intrinsecus dolorem sentiret, fortasse etiam ne legatus ille cœlestis, qui lætissimum Virgini de filij Dei Incarnatione nuntium attulerat, triste iam de filij fuga & exilio afferret. Quare cum tristes hasce literas matri prælegere non auderet, Patri easdem legendas tradidit.

Quid si etiā, vt hinc homines discerent, familiæ & rerū domesticarū rationē fœminis conuenire, *sed*

Cur Angelus Iosepho potius quam Deiparæ apparuerit.

sed grauioris momenti negotia soli viro quadere! Hæc mihi ratio vsq; adeo non displicet. cui sciam Apostolum Tito præcepisse vxoribus & matronis, vt auctor esset, viris morem gerere, rebusque domesticarum curam habere, dicens: *Tu loquere, quæ decent sanam doctrinam: & quæ ad centulas vt filios suos diligant, prudentes, castas, sicut domus curam habentes, benignas, subditas viris sicut notate, domus curam habentes, quia hæc potissimum ad vxorem spectat.*

Tit. 2.

Deut. 22.

Hinc veteri lege vetuit Dominus, mulier veste virili indueret, nec vir veste fœminea, ut esse volens, fœminarum non esse negotijs selectorum, quæ grauioris momenti esse solent, admiscere, aut virili veste indui, id est, viri, officium subire, & relicta colu gladium assumere.

Sapientissimum illum Romanor. Catonem memini potissimum rerum, cum in extremis esset, poenitebat. Primo, quod aliquot dies in otio transisset. Secundo, quod nauium conscendisset, cum per terram iter conficere potuisset. Tertio quod vxor arcana aliqua maioris momenti credidisset. Deceat tanti viri poenitentia posteros, non esse cogitanti dati aut prudentis viri, fœminam cum de rebus grauioribus agitur, in consilium adhibere.

Ob has forsitan causas, nuntius ille cœlestis, tam prægnans negotium, Christi scilicet tuitionem & custodiam nuntiaturus præterita Virgine, Iosephum adiit. Qui mox vt triste hoc mandatum audiuit, strato membra corripit, Virginem admonet, & collecto puero in Aegyptum sese conferat: & diu factum, eadem ambo nocte profecti in Aegyptum tendunt. Putat Abulensis, non ipsa illos nocte qua Angelus apparuit profectos, sed paucis post diebus rebus scilicet ad iter necessarijs comparatis, velis

**In cap. 2.
Matth.**

culis suis, quas in Iudæa relinquebant, prout poterant & licebat, utcumq; dispositis. quod duabus rationibus confirmat. Primâ, quod nempe Ioseph domum & aliquam, licet tenuem & curtam, supellectilē haberet, de qua eum prius quam in iter se daret, disponere oportebat, alicui fido amico eandem interea dum abesset credendo. Secundâ, quod honoris sui rationem habere debebat, ne quemquam repentino illo discessu & fuga nocturna, omnibus inscijs, neminiq; suorum, imo ne vicinis quidem, valedicendo offenderet: multi namque in deteriorem partem abitum illum occultum interpretati sunt. Quare ut hæc incommoda subterfugeret, aliquot eum diebus, postquam ab Angelo admonitus fuit, adhuc in Iudæa hæsisse oportuit. Sed non euincunt hæc rationes, nec mihi magnus ille scriptor persuaserit, eadem illum nocte non abiisse. Verum sanior & melior sententia est eorum, qui eadem illum, qua responsum accepit, nocte in viam se dedisse credunt. atq; huc posse trahi videntur verba Evangelistæ dicentis, *Qui Ioseph eadem nocte qua Angelus apparet discessit è Iudæa. Dolor Ioseph & Virginis in hoc discessu.*

consurgens, eadem scilicet nocte, accepit puerum & matrem eius. Hæc porro promptitudo & alacritas infinuare videtur, eadem ipsa nocte, imo & eadem hora, illos qua nuntium accepere, profectos esse. Quot hic eos lacrymas profudisse credendum est, quot gemitus edidisse, quoties suspirasse! Tam citone (inquebat hinc Virgo) fugere te oportet fili charissime ac dulcissime? in exilium proficisci, è patria pelli? mene teneram & iuenculam in regionem ignotam & barbaram secedere? O subita & repentina rerum vertigo! Paucis abhinc diebus Reges illum adorarunt supplices, Angeli seruierunt humiles, pastores ad eum accurrere properant.

De S. S. tom. 1.

g

re ipsa

re, ipsa quin etiam animalia eundem ve Deum
agnouerunt! & ecce ipsi in eum reges insurgunt,
omnes illi mortales infidias struunt. O tristes
discessum! ô diem vere infelicem. Itane, (illinc
cebat gemebundus Ioseph) Pater omnipotentis-
nellum illum infantulum recens natum, ad
vagientem, in tam longinquas oras & ad gentem
barbaram & immitem secedere? An non veretur
ne in media via expiret, ne laboribus & ærumis
confectus emoriatur? an non cogitas, quænam
in hoc exilio subeundæ difficultates, quot per-
rendæ molestiæ?

Gen. 33.

Cum Esau & Iacob simul proficiscerentur, ipse
que Esau vrgeret Iacob vt properaret, & greges
cogeret; respondit Iacob, *Nosti Domine mi quod
paruos habeam teneros, & oves & boves scetas multas,
quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur
die cuncti greges. præcedat Dominus meus ante seruum
suum, & ego sequar paulatim vestigia eius, sicut videri
paruos meos passe.* Si Iacob tantopere de gregibus
solicitus fuit, si laborem itineris animalibus suis
grauem exhorruit; vt Iosephi nostri suspirijs me-
quoq; addam, eiusq; expostulationibus meas ad-
iungam, mirari me a q; adeo vniuersum orbem
mecum, dico Pater æterne, non maiorem te-
tui paruuli, innoxij Iesu, agni illius sine macula
adeo tenelli & mollis, & ouiculæ illius dulcissimæ.
Deiparæ inquam Virginis rationem habere? an
non vereris ne hæc omnia in præcipiti illa pro-
tione emoriantur?

Quin & cum Angelo hoc expostulabo, de quo
dem, quando eum dicentem audio, *Surge, & auer-
puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum, conque-
rat.* Quis? quænam hodie illa tua loquenti-
to

tio est ô Angele? quid ais? *Accipe puerum.* quin eum Deum nuncupas? cur eum non agnoscis vt Redemptorem, aut mundi Saluatorem? *Accipe puerum.* O titulos nimium plebeios ac viles, sublimia tamen in se mysteria continentēs! Quid eheu! suades, quando hanc fugam suades? anne adeo maturandum est? morane omnis tollenda? an non te paruuli huius miseret? dixisse, meo quidem iudicio debebas. Vade Ioseph, comitante Deo, noli properare, puelli huius rationem habe, vide ne quid ei contingat aduersi. Sed dicis, Fuge, propera, matura, ad iter te accinge, *Surge, accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum.*

Alius sociorum tuorum cum Eliæ suggeret, vt Iezabelis Regina rabiem declinaret, quæ eum ad mortem quærebat, & quacunque ei ratione infidebatur, cum eum solatus esset ac dato cibo refecisset, ait, *Surge, comede, & ambula, longa tibi restat via.* Homini perfectissimo & validissimo tam modeste ait, *ambula,* quasi dixisset, ne ita properes Elia, vide ne te defatiges, incede sedato gressu, valetudinem tuam cura: tu vero sine vlla commiseratione ais, *Surge, accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum.*

Siste lacrymas anima, interrompe suspiria, desine ingemiscere: nihil quippe Angelus hic dicit, quod non cælitus in mandatis accepit: causas inuestigare desine, sed sufficiat tibi Redemptorem tuum ad huc in cunis vagientem, tui seruandi ergo tam longinquum iter suscipere, & quadringentis fortassis passuum millibus à Iudæa distantem Aegyptum in qua septē annis agat, petere. Dixi, fortassis, quia nonnulli, quos Abulensis citat, immensam inter vtramque regionem distantiam putant, iter

iuxta libros Moyſis & profectiōem filiorum Iſraelex Ægypto in terram promiſſionis, quæ hodie Iudæa eſt, dimenſi quam nonniſi quadraginta annorum ſpatio confecerunt. Verum doctiſſimus Abulenſis eoſdem refutat, dum ait Gazam, quæ in Palæſtinæ finibus ſita eſt, Cairo, quæ ab Memphis, totius Ægypti metropoli, non niſi ſeptuaginta miliaribus diſtare, & centum ſpaciis Ieroſolymam, regni Iudaici caput, à medietate Ægypti.

Sed relicta loci diſtantia, certiffimum eſt redemptorem noſtrum ſeptem, aut ad minimum quinque annis in regione illa extranea manſiſſe, & tot annorum ſpatio peregrinationem illam conſummaſſe. Atque hæc eſt omnium prompmodum veterum Doctorum opinio, vt Ammonij (quæ præceptor Origenis fuit) in harmonia Euangelica, Gloſſæ ordinariæ, Anſelmi, S. Thomæ, Bonaventuræ, Alphoñſi Toſtati, & aliorum. Equidem ita temporum rationem in eo. Chriſtus trigefimo ſecundo Herodis anno natus eſt, atque eodem in Ægyptum ſeceſſit, nec prius redijt, quam ille extirpataſſet, vt Matthæus tradit; tanto igitur annorum ſpatio cum Iofepho & Matre in Ægypto habitavit, quantum à trigefimo ſecundo Herodis anno ad mortem eius interfluxit: at qui ille trigefimo primo regni anno extinctus eſt iuxta Eufeby computationem. Sequitur ergo Chriſtum non niſi quinque annis profugum & extorem in peregrina regione manſiſſe.

Hæc igitur per traſennam dicta ſunt; & ad præſentem iam meditationem redeamus, videamus utrumquam, vt redemptor meus adhuc tenellus tota nocte proficiſcatur, quo me & vos omnes, & quæ quot viuunt vixeruntque mortales, in regione deſer-

*In Matth.
cap. 2.*

*De vita
Chriſtica.*

*13. quæſt. 19.
in Matth.
cap. 2.*

cap. 2.

deducat ubi nulla nox, sed perpetuo dies. Sæpe mecum tacitus demiratus sum cur eum Psalmista nycticoraci comparet aut noctuæ. ita namq; ipse per vatis os de se locutus est, *factus sum sicut nyctico- Psal. 101.*
rax in domicilio. Sed iam mirari desino. Noctua enim non nisi noctu & luna splendente volare solet: imitatus est hanc Redemptor meus; ille enim pene semper volauit de nocte: dum nasceretur, intempesta è cælo in terram nocte volando descendit, hodie medio noctis conticinio è Iudæa in Aegyptum volat, post triginta abhinc annos quadraginta diebus & noctibus in Palæstinæ deserto volitabit; ac paulo post, itidem sub noctis silentio, in horto oliuarum volabit, ac tunc lugubrem illum & querulum cantum edet, *Pater si possibile est transeat à me calix iste.*

O igitur vere noctua, ô fili tenebrarum! id est, qui non nisi nocte & in tenebris volitas. quam eum nocte hac turbatum video, quam grauibus circumquaq; septum difficultatibus & angustijs: ante oculos occurrit iter tam longum ac difficile, à tergo imminet dira Herodis persecutio; hinc pater, illinc mater gementes, eiulantes, casumq; suum deplorantes instant: denique vbique fatigatio, labor, ærumna, molestia, angustia, & hæ quidem paruulo vagienti adhuc subeunda. O cælum, ô terra, ô figuræ!

Moyfes vixdum natus erat, quin statim ad necem à Pharaone deposcitur, & in profluentem abijcitur. Ecce verus Moyfes noster Iesus Christus, *Exod. 2.* qui in cunis adhuc vagit & plorat, ab Herode ad mortem quæritur, & media nocte in tribulationum afflictionumq; torrentem deijcitur, ac velut profugus in Aegyptum destinatur. Sed? iubet Deus, Angelus denuntiat, igitur parendum est.

Quid consilij suggeris, ô Angele, iterum ut cum loquar, Iosepho, cum eum ut fugiat advenas? quando in terram incognitam ac barbaram & in regionem extraneam eum destinās?

Quid ais Ioseph, cum ad hoc iter te accingit? Quid cogitas Virgo, quando voluntati diuturnum morem gerendo peregrinationem hanc sine vlla contradictione instituis? itane patiemini filium extorrem in alienas oras secedere? Iacob Patriarcha, quamvis duodecim haberet filios, non tantum summis suorū precibus fatigatus filium Benjamin in Aegyptum frumenti comparandi gratia voluit dimittere, & tu gloriosa Mater, quae nisi vnicum hunc filium habes, itane quam precium sine vlla difficultate permittes, ut tam longinquum iter instituat, & quidem in Aegyptum? An ignoras in Aegypto maiores olim tuos tot graui seruitute pressos? An ignoras huius populi delendi ergo, omnes Aegypti primogenitos interfectos; Eheu! sacratissima Mater furorem dei rabiem quidem deuitas Herodis, sed illic Pharaonem crudeliorem longe & truculentiorē reperies.

Sed cessent iam inanes speculationes, omnia hæc mysterio non vacant. erat siquidem hoc in primis necessarium, ut verum fuisse Prophetæ oraculum comprobetur, dum ait, *Ex Aegypto vocaui filium meum.* Et quamvis hoc sensu literali de exitu populi Israel de Aegypto dici & intelligi queat, qui inter omnes mundi nationes, vltimus Charissimus à Deo fouebatur; allegorice tamen de Iesu Christo intelligendum est, qui postquam diu in Aegypto permansit, post Herodis mortem in terram Iuda à Deo per Angelum reuocatus fuit. Aliquid quoque innuit Psalmographus,

Gen. 44.

Ose. 2.
Christi iter in Aegyptum à Prophetis prædictū fuit.

Ecce elongavi fugiens & mansi in solitudine, in Aegypto scilicet, Religionis & cultus Dei experte, idololatria infami, in qua serpentes, Apis, Anubis, Crocodili, aliaq; monstra adorantur: adeo vt vasta & horrida quaedam solitudo & desertum monstris plenum ipsa fuisse videatur. Necessse igitur erat, Christum in Aegyptum deferri, vt prophetarum oracula complerentur.

Psal. 54.

Erant adhuc rationes quaedam pragnantes & validae, quae Christum in Aegyptum regionem illam barbaram vocabant. Prima, Fuerat Aegyptus olim grauibus & insignibus plagis percussa; necesse igitur, magnum illum medicum eandem visere, qui passiones morbidas depelleret; vulnera sanaret, & perfectam sanitatem eidem afferret. Secunda, Omnes illius primogeniti olim ab Angelo interfecti fuerant; requirebatur igitur primogenitus creaturarum eandem ingressus damnum prius repararet. Tertia, Vexauerunt eam tenebrae spississimae, quae & manibus poterat palpari; oportebat itaq; solem iustitiae eidem affulgere, qui tenebras dispelleret, & nouam lucem induceret.

Demonstratur rationibus necessario Christum Aegyptum ingredi debuisse.

Non igitur frustra Aegyptum ingressus est; aut inanis eius introitus fuit: tradit enim Hieronymus, Christo eandem intrante, omnia mox idola non sine miraculo ad terram concidisse; quod dudum antea praedixerat Euangelicus Propheta Isaia: *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum, & commouebuntur omnia simulachra Aegypti a facie eius.* Quod & varijs figuris confirmabo.

Isai. 14.

Arca Domini cum terram ingrederetur Philistinorum, qui idolis immolabant; Dagon simulacrum protinus ad terram corruit in varias partes comminutum. Ita quoque Christo, verae Arcae *1. Reg. 4.*

1. Reg. 5.

Exod. 12.

testamenti, hodie Aegyptum ingrediente, non De-
gon, sed omnia totius regni idola ad terram coe-
ciderunt. Et vt filijs Israel Aegypto egredientibus
nulla in vniuerso regno domus exstiterit, quae non
cladem persenserit; ita Christo Filio summi Pa-
tris, hodie Aegyptum intrante, nullum ibidem
templum aut fanum fuit, cuius idola non fuerint
ad solum deiecta. Caeterum hanc simulacrorum
uersionem praeter Sacrae Scripturae & Sancti He-
ronymi auctoritatem, confirmant magna aucto-
ritatis Doctores, Bonauentura de vita Christi, ca-
12. Dionysius Carthusianus, in Isaiae capit. 19. Athanasius oratione de uerbi incarnatione. Scyllus Hierosolymitan. Catechesi 10. & Origenes
Homil. 3. de Diuersis.

1. Reg. 20.

Iaceant idola in terra prostrata, & ad Christi-
gam nostra se conuertat oratio. Fuit haec ipsa
ago ante tempore in Dauid praesignata. Hic cum
in ciuitate Naioth in tribu Benjamin in Ramatha
sitam uenisset, ut eam ab inimicorum obsidio libera-
ret; fuga sibi consulere coactus est, eo quod Saul tempus
immineret. Quam uere per illam Regis fugam
Christi ueri Dauid fuga designatur: hic enim cum
caelo in terram Israel, ut eam a dira captiuitate libe-
ueret, descendisset, statim ut in murorum illius con-
spectu fuit, recedere fugaque sibi consulere coactus
est, ne in crudeles Herodis manus incideret. An
uestro iudicio figura haec cum figurato optime
incidit? & an non fuga haec maiori etiam admi-
ratione dignissima est, ac diligentissime sequenda?

Quid est enim, ut, Domino fugiente, & quidem
in exteris regiones, innocentes pueri tyrannice
delitati uictima cadant? quod hic est, Domine, ut re-
gulatis militibus dux se filio subducatur, ut
innocuos mactari, & pastorem procul ab ijs rece-
dere!

dere? Ille ne Dux est. Pater æterne, quem olim exercitus tui ductorem futurum prænuntiasti. *Ecce* *Isa. 55.*
testem populorum dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus? Tune ille pastor es Christe, quem te olim in Evangelio esse dixisti? *Ego sum pastor bonus, bonus pastor* *Ioan. 10.*
animam suam dat pro ouibus suis: mercenarius autem, & qui non est pastor, videt lupum venientem, & fugit, quia mercenarius est. Ille ne dux dicendus, qui fugit, cum in prælium descendendum est, cum manus conferendæ? Ille ne pastor, qui vbi lupum videt, fugit, oves lanienæ destinat, & se in tutum proripit? O profunda diuinorum iudiciorum abyssus, ò secreta impenetrabilia! Imitatur siquidem paruulus ille cordatum ac prudentem reiçq; bellicæ peritissimum ducem, qui cum pedites strenne pugnantes videt, quamuis aliqui, hoste sæuiente, ad terram concidant, non ideo tamen percellitur, aut animum contrahit: sed prælio sese ad tempus subducit, vt equitatum in prælium aduocet, quo cum illo vehementius in arma ruat, & hoste profligato victoriam amplissimam referat. Paruulus ille, sed tamen sapiētissimus, ad eundem profus modum agit. Videns enim peditatū suum, id est, innocētes, strenue decertare, quamuis plurimi, tyranni gladio cadant, animo tamen non cōcidit; sed ad tempus in Ægyptum secedit, vt equitatum, nobiles, fortissimos quosq; milites, Apostolos, Martyres, Confessores, Doctores, & Virgines ad præliandum hinc inde sparfos colligat, quib. strenue pugnanti- bus & inimico suo capitali profligato, victoriam nobilissimam reportabit. Sed iam satis superq; de peregrinatione hac Ægyptiaca locuti sumus, tempus postulat, vt de innoxiorum strage latius agamus, vt initio promissimus. Vos solita me beneuolentia prosequamini, equidem auspicabor.

Herodes Rex rabie tumens, & crudelitate effrascens audito, Iesum Christum natum esse, & eundem Regem Israel & totius mundi Monarcham metuens, ne ab eodem regno pellereur, coronæ & scepro priuaretur, & cognito à scribis & legedoctoribus, in Bethleem eum Iuda nasciturum, prout Prophetæ prædixerant, elusum se à magis videns, quibus per Ierosolymam reuertentibus, certiores se futurum sperabat, adeo commotus est, ut præ ira & inuidia, paruulos omnes, qui erant in Bethleem, & omnibus finibus à bimatu, & infra, occidi præceperit: sperans scilicet in communi strage, & Christum interficiendum, ac tot intercedauera, & hunc futurum.

Jerem. 9.

Tristem hanc & lugubrem tragœdiam profecturus, Hieremiæ Prophetæ verba mihi videor posse repetere, quibus ille Ierosolymitanum excidium deplorauit, *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac nocte inuictos filie populi mei? & parodice dicere: Quis cepit in Oceanum conuertat, & oculos meos in flumina, ut tot innocentes gladio tyrannico interfectos deplem?*

Thren. 1.

Idem Propheta cum stragem Ierosolymitanorum per Chaldæos editam, qui & paruulos ab ubere matris auulsos interemerant, describeret, his verbis usus est: *Defecerunt præ lacrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea, cum deficeret paruulus & lactens in plateis, cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum.* Quanto potiori iure verba hæc de strage Bethleemica usurpem, quam nefarium ille carnifex Herodes circumquaque edidit, dicens: *deficiunt præ lacrymis oculi mei, conturbantur viscera mea, cum tot paruulos tyranni gladio concidentes, tot tenellos è cunis raptos, & vberibus matrum*

matrum auulsos sanguine madentes, vulneribus deformes, vel intra matrum brachia interemptos, vel per agros sparfos video?

Nunquam similem me apud vllum historicum stragem legisse memini, nusquam gentium tot pro Christi nomine occisi traduntur, Menologium Græcorum quatuordecim hic millia interfecta tradit. O crudelitas, ô crudelis impietas! Ioannes centum quadraginta quatuor millia eorum in Apocalypsi enumerat: ne autem in numero qui decepit, multos fallar, eius hic verba producam: *Et vidi, & ecce Agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta millia habentes nomen eius, & nomen patris eius, scriptum in frontibus suis. Ut autem certo illi constaret, qui nam hi forent, vocem cœlitus audiuit. Hi empti sunt ex omnibus, (alijs hominibus) primitiæ Deo & agno, & in ore eorum non est inuentum mendacium, sine macula enim sunt ante thronum Dei, O stragem crudelem! ô lanienam inauditam!*

De manasse Iudæorum Rege scriptum est, *Im- 4. Reg. 2.*
pleuit Ierusalem cruore innocentum: verum hoc de Herode, ficario illo sanguinario, de sanguisuga illo Innocentum, de homicida illo truculentissimo, qui hodie urbem Bethleemiticam cruore Infantium complet, potius dicendum est. Est hoc namque quoddam furoris tyrannici, & regiæ crudelitatis indicium. Vnde Euangelista, *Iratuſ est valde, & mittens occidit omnes pueros.* • O maledictus furor, ô crudelis ira, quæ tot infantium stragem caufatur! Ita olim exclamauit Iacob Patriarcha, auditâ cede *Gen. 34.*
quã Simeon & Leui filij eius in ciuitate Sichẽ patrauerãt, cuius incolas ferro deleuerant, maledictus furor eorum. Sed melius ita exclamaturus videor in ira & truculentia Herodis, adeo, vt Augustus Cæsar

*Macrobius
lib. 2. Sa-
tur. c. 4.*

far, illâ auditâ, in qua ne quidem proprio pe-
cit filio, iocans dixerit: Herodis se porcum quam
filium esse malle, eo quod vt rigidus Iudaicus legi
obseruator sues ne quidem tangere auderet, ma-
lium tamen cruentas manus iniicere non vete-
tur.

*Judic. 9.
Crudeli-
tas Abi-
melechi.*

Abimelech, filius Gedeonis ducis, cum septu-
ginta è fratribus occidisset, vno superstiti lo-
tham, qui in spelunca delituit, quo postea ad di-
nitatem ampliozem eueheretur, is inquam tyran-
nus Sichimitis deinde exosus fuit, qui eum vlti-
impium ac sceleratum fratricidam detestari & a-
ominari cœpêre. Si ciues illi videntes tot fratrum
funera adeo indignati sunt, si tyrânnum exosi sunt
quod septuaginta fratres iugulasset, quo ita regi-
compos fieret, quis nostrum quæso impium Her-
odem non detestetur? quis in illius immanitatem
non debacchetur? quis ob illius furores nõ indig-
netur? qui non septuaginta adolescentes, sed plus
quam centum Innocentium millia per fidei
suos hodie iugulari præcepit, quo stabilem regni
sedem efficeret. Christus tamen illius rabiem ex-
tauit, quem nimirum Deus ad Israel & totius
mundi regnum reseruauit.

Apoc. 12.

O nimis! ah cruentum Principem, ô truculen-
tum Herodem! eius figuram & typum ad oculum
videre qui desiderat, Apocalypsim legat, vbi draco
tot capitibus & cornib. minax, mulierem parien-
tem persequitur, vt cum peperisset, filium illum
deuoraret. Mulier hæc Ecclesiæ typus est, quæ post
tot eiulatus, & veterum Patrum clamores tandem
aliquando Messiam enixa est, sed fera illa bellua
Herodes, editum perdere, & gladio cõsumere sa-
agit. Sed in irritum cadent hæc omnia, eiusque
molimina prorsus inania futura sunt. Ita namque
è ve-

è veteris testamenti figura augurari licet.

Vetuit olim in Lege Dominus hœdum occidi, *Exod. 23.*
 quam diu materna adhuc sugeret vbera. Multi
 summæ auctõritatis doctores modo hoc figuram,
 modo Prophetiam esse dicunt, omnes tamen vna-
 nimiter de Christo intelligunt, quod agnus ille si-
 ne macula aut contagio, cum cæteris innocentib.
 mori non debuerit, aut quamdiu maternis adhuc
 ab vberibus pendeat, neu prius, quam ad virilem
 ætatem peruenisset, ac tum demum morte crude-
 lissima afficiendum. Huius opinionis sunt Augu- *qu. 90. in*
 stinus, & S. Thomas. Ipse porro Herodes est, qui *Exodum.*
 hanc tempestatem ciet, id est, qui tot paruulos ne- *1. qu. 102.*
 ci tradit. *a. 6.*

Ionæ Prophetæ mare conscendentis, sed exorta *Ion. 1.*
 tempestate in mare deiecti, casum hic renouari vi-
 deo. Verus enim Ionas Christus mundi huius mare
 hodierna die conscendens turbulentam & gra-
 uem tempestatem experitur, quæ in Ægyptum vs-
 que eum detulit, atq; hanc Herodes impius concitauit. Vnde vaticinatus Dauid ait: *Psal. 68.*
Veni in altitudi-
nem maris, & tempestas demersit me.

Ecce hic etiam gladium, quem se in terras inue-
 cturum dixit Dominus, *Non veni pacem mittere, sed* *Ioan. 12.*
gladium. Nam à primo Natiuitatis eius die non nisi
 de cæde, strage, infanticidio sanguine profunden-
 do fit sermo: ex eo tempore grassari cœpère carni-
 fices, plateæ natate sanguine, cadauera per agros
 spargi, lacrymis domus perfundi: Vrbes quoque
 perturbari, ac noua quadam ratione concitari, re-
 ges sibi metuere, Herodes rabie efferascere. quia
 mox vt viuere cœpit, gladij tortorum sanguine
 stillantes, per vrbes & agros desæuière, innoxii,
 paruuli ad necem queruntur, Matrum in brachijs,
 nutricum ad mamillas, patrum in thalamo, ipsis
 denique

Psal. 78.

deniq; cunis obrūcatur. Adeo vt merito de Bethleem, quod olim de Ierofolymis Pfaltes, dicitur, at, *Posuerunt satellites Herodiani morticina ferunt tuorum Innocentium, escas volatilibus caeli, carum sanctorum tuorum bestijs terra effuderunt sanguinorum tanquam aquam in circuitu Bethleem, & mirrat qui sepeliret.*

Mich. 7.

Sunt hi primi Ecclesiae fructus, qui quantum nondum maturuissent ab arbore tamē persecutionum insurgentium violentia auelluntur, & decutiuntur. De quibus olim locutus videtur Propheta Michæas, dicens: *Præcoces fructus desiderat anima mea.* Primæ quoq; victimæ Christo immolata; ante illius namque aduentum filios suos omnem impietatem parentes erudiebant, & cetera etiam idolo Moloch vltro immolabant, vt in Pfal-

Psal. 103.

mis legitur: *Immolauerunt filios suos demonijs, & non Deo.* Verum hi vere filij cœlestes, vero Deo in sacrificium offeruntur & immolantur. Quam bened-

Psal. 24.

Matth. 19.

Apo. 14.

olim prædictum erat, *Innocentes & recti adherent mihi.* Ita ab Euangelista: *finite paruulos venire ad me. talium est enim regnum cœlorum.* & in Apocalypsi. *Hi sunt, qui sequuntur agnum quocunque ierit.* Sed addunt & alia.

Isai. 53.

Hodie quoq; prima Ecclesiae Christianae fundamenta iacta sunt, vt quidem Isaias olim prædixit de Euangelicæ namq; Ecclesiae statu vaticinatus ait: *Paupercula tempestate conuulsa, & absq; vlla consolatione, ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris.* Inops profecto & paupercula erat Ecclesia, donec eam Christus ditauit varijs de in hæresum & persecutionum procellis fuit agitata, sed sapphiris fundata conuelli non potuit. Lapis

Lib. 37. c. 9.

hic teste Plinio, cœli calorem imitatur, aureis item venis & notulis interpolatus est, qui lumen ei & splen-

splendorem admirabilem conciliant, huiusmodi lapidem esse dico Innocentes, qui propria quidem voluntate Martyres non fuere, sed cælo volente & disponente, atq; à cælo, vt sapphiri omnem colorem mutuati sunt. Porro venula illæ aureæ sanguinis guttas designarunt, qui effusus magno ijs ornamento fuit, meritumq; incomparabile peperit, veri igitur sapphiri sunt, quibus Ecclesia fundata est: sanguis siquidem cæmentum, caritas & amor calx, corpora & tenella illa membra, lapides maiores & antes, è quibus ædificium Ecclesiæ compactum est. Aliud quod magis ratum sit, adiungamus.

Cum ignis aliquis ingens accendendus est, paleæ Insignis
prieus & festucæ lignaq; minora flammam concipiunt, atq; ita paulatim ille ad ligna maiora progreditur, & magnum parit incendium. Ad eundem plane modum, persecutionum ignis, qui tantum per orbem in iustorum afflictione excitare debebat incendium, hodie ab Innocentibus velut à sulphuratis & festucis incipit, qui paulatim excrescens, ipsa tandem ligna maiora; Apostolos & Papas, aliosq; innumeros Martyres corripit, omniaq; exurens admirabile tandem incendium, & conflagrationem quocumq; locorum & gentium sparsam excitabit. Atq; huc forsitan respexit Dominus, cum in Euangelio diceret. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt ardeat.* Intelligite hoc quomodocunque tandem placuerit, equidem de igne persecutionis commode exponi posse existimo: hunc hodie excitat & accendit Herodes. Quis igitur tantam truculentiam & barbariem non damnet ac detestetur?

Insignis
cōceptus.

Luc. 12.

4 Reg. 8.

Benadad Syriæ Rex cum morbo afflēt⁹ grauiter decumberet, & vnum ex optimatibus suis nomine Ha-

ne Ha-

ne Hazaël cum quadraginta camelis auro onctis
 ad Helizgum Prophetam in Israel, vt eum de
 bo sciscitaretur, destinasset Propheta, vt cum
 dit, lacrymari cœpit; quod mala plurima
 rael esset illaturus: Cumque diceret Hazaël,
dominus meus flet? ait, *Quia scio quæ facturus sis*
rael mala, ciuitates eorum munitas igne succendes,
uenes eorum interficies gladio, pregnantes diuides.
 bus Syrus auditis indignatus ait, *Quid enim*
seruus tuus canis, vt faciam rem istam magnam? Hæc
 obsecro, ponderamus Christiani, si Elizeus, Sa-
 ritu Prophetico mala, quæ Hazaël facturus
 præfagiens, fleuerit ipse quoque carnifex his au-
 tis, non hominem, sed canem censuerit eum
 tantam feritatem exerceret; qui nos à lacry-
 temperemur, cum truculentam Herodis tyrannide
 oculis videamus? vbi nam modo sunt lacry-
 mæ, suspiria gemitus? an non hunc cane & angu-
 porem, furibunda tigride truculentiorem, Pra-
 thera ferociorem existimabimus? *Qui iratus est*
de, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Beth-
hem, &c.

Horresco referens hæc prodigia. Vidisses in
 hoc infanticidio sæuientes carnifices, furētes
 tes, in innoxia illa corpora stricto gladio gra-
 hæc parieti illidentes, illa pedibus proterentes
 ventremq; conculcantes, alia suffocantes. Hos
 disses è cunis rapi, illos à matrum vberibus au-
 alios à nutricibus violenter extorqueri. Quis
 fando temperet à lacrymis? audiisses eiulari-
 gubrem per vniuersam Bethleem, vidisses miser-
 illas matres passis crinibus, manib. ad cœlum sub-
 latis, oculis madētibus, gemebundas, eiulantes,
 vicos & plateas discurrere, ruere, totaq; vagari
 be furibundas, Tigris vt amissis catulis. Præuidet
 hæc
 plor
 S
 au
 qu
 iud
 ped
 ten
 date
 fen
 illa
 vid
 su
 illa
 S
 fun
 rier
 mil
 ra r
 ente
 fleu
 ctu
 Bet
 tur
 rifs
 vid
 I
 suc
 flec
 ren
 pan
 lee
 fiq
 iul
 der

hæc Propheta cum diceret, *Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus Rachael plorans filios suos, &c.* Jerem. 31.
3. Reg. 3.

Si mater illa, de qua in libris Regum mentio, auditâ Salomonis Regis sententiâ, qua puer de quo cum æmula contendebat, gladio diffindendus iudicabatur, intrinsecus commota fuit; si Regi ad pedes procidit, ne tam crudeli in innocuum sententiâ animaduerteretur, dicens, *Obsecro Domine, date illi infantem viuum, & nolite interficere eum.* Quæ sensisse dolorem animiq; angustias putatis miseras illas matres cum suos coram oculis filios iugulari viderent, & ad supplicium prius rapi, quam casum suum deplorare valerent? an non hoc ad miseras illas exanimandas sufficiat?

Si enim Agar Abrahæ ancillæ viscera commota Gen. 21. sunt, vbi Ismaelem expirantem vidit, adeo vt morienti adesse noluerit, sed furenti ac lymphatæ similis & vagans, aera clamoribus, gemitibus nemo- ra repleuerit: de qua scriptura ait, *Non videbo morientem puerum, & sedens contra leuauit vocem suam & fleuit.* Quot obsecro lacrymas fudisse, quot planctus & suspiria edidisse, verisimile est matres illas Bethleemiticas, quem in animis dolorem, cruciatum, afflictionemq; sensisse, cum ante oculos charissima sua pignora tam crudeli sacrificio iugulari viderent?

Dum sacrificuli Moloch paruulos viuos idolo 3. Reg. 11.
1. Reg. 25.
Jerem. 32. suo offerrent, ne parentes, audito eorum clamore, fletu & eiulatu, ad commiserationem commouerentur eosq; manibus occidentiũ eriperent, tympanis strepebant & fistris. At nihil horum in Bethleemitica strage & infanticidio peragitur: audiunt siquidem suis matres auribus eorum planctus, eiulatus, ploratus, & miseras nœnias, atq; oculis vident ceruicibus eorum gladios inferi: vident vi-

scera ferro nudari & sanguine puerili solū maderere. Quem hic dolorem sensisse, quem cruciatum pertulisse credendum est?

Innocentes vere sunt Martyres.

22. qu. 124.
art. 1. ad. 1.

Simile.

Felices animulæ, beata tenella corpuscula, quæ lucis ipso in limine ceu turbo nascentes rosas Christi insecutor sustulit: felices vos iterum ac tertio felices voco; qui mundi huius mare vix ingressi, corporis huius naui vix conscensâ, ad portum non venistis, & procellas contempnistis. O ter beati martyres! hoc enim mihi vos appellare non licet: nam quamuis vobis ad Martyrium propter ætatem credendi in Deum defuerit voluntas, habuistis tamen carnem quam pro nominis eius gloria offerretis. Ita namq; vos allocutus est Augustinus, *Non habebatis ætatem qua in passurum Christum crederetis; sed habebatis carnem, in qua pro Christi passuro passionem sustineretis.* Nec dicendum est, quod temporis usum, ut Martyrium sustinerent, ijs ante tempus datum esse, aut discretionem præuenientem ætatem, ut aliqui, quos D. Thomas refutat credere voluerunt: verum ipsa diuina gratia ac fauor cœlestis in effusione sanguinis propriæ voluntatis actum suppleuit, uti in paruulorum baptismo facile contingere. Et quoniam Martyrium, ut idem Doctor ait, vim confert ex opere operato non sicut ac Sacramenta; in proprio idcirco sanguinem baptizati fuere, ijsdemq; gratijs donati quæ recens baptizatis conferuntur, quibus tamen rationis vsus, aut propria voluntas, diuina dispensatione cum paruulis, nullo modo necessaria est. Vere inquam Martyres, atq; præ cæteris Martyribus honore & gloria digni: cæteri enim nominibus ob fidem & gloriam nominis Christi passi sunt, vos vero propter ipsummet Christum, & vitæ eius iusdem defensionem. Et quemadmodum capite

in discrimine versante, brachium, occulto quodam naturæ instinctu, ictui se, in illius defensionem obijcit, omniaq; membra periculo se, vt ipsum defendatur, opponunt; Ita quoque Christo vitæ discrimen hodie adeunte, ac mortis in periculo versante, Christo inquam qui fidelium omnium caput atque Ecclesiæ vertex est, ecce Innocentes, diuino quodam instinctu, velut membra quædam pro eiusdem defensione arma capiunt, pro eodem martyrium subeunt, vtq; ei vitam conferuent, suam prodigunt, ac mortem æquo animo patiuntur.

Sed iam desino, Christiani, hora iam elapsa silentium mihi indicit, vtq; finem imponam suadet. Hæc igitur animo insculpta gerite, hæc diligenter perpendite: cogitate quæso fugam dulcissimi Iesu, ac triste illius exilium ac peregrinationem in Ægypto. Videte vt iam inde à teneris vnguiculis, ab ipsa natiuitate vestri causa laboret, vt ab ipsis cunis, ab ipsa infantia pro vobis pati & affligi voluerit. Ita namque de se apud Prophetam locutus est, *Pauper ego sum, & in laboribus à iuuentute mea.* ait *in laboribus, non in labore.* fuit enim in labore cum Herodes eum ad necem conquireret, in labore cum matrem laborantem & afflictam, Ioseph sollicitum & anxium, Innocentes sui causa ad necem deposci, & crudeliter iugulari cerne- ret: Atque hæc omnia ab ipsa infantia; vos tamen nihil pro eius nomine pati, nisi dum grauior ætas ingruit, desideratis. Christus vestri causa ab ipsa natiuitate pati incipit, vos vero omnem pœnitentiam prorsus reijcitis. O ingratitudinem incomparabilem!

Perpendite adhæc, & oculis quodammodo vestris subjicite tristem illam Innocentium stragem & cogitate, vt Samson è maxilla leonis examen-
pum prodire vidit, ita Christum, è truculentis Herodis manibus, Erimanthio leone crudelioris, possibile illud Innocentium examen, qui veræ quæ apiculæ sunt, eduxisse, quæ hodierna die aluæ corporis huius egredientes, aera petunt, vt ad æternâ beatitudinem euolent. Laudate igitur huiusmodi illos pugiles, animum eorum extollite, Martyrium obstupescite, virtutem & fortitudinem imitamini, deniq; eorum preces & auxilium postulate, ac mecum omnes dicite:

O beati Innocentes! ô felices paruuli, primitiuæ natiuitatis Filij Dei, fructus præcoces nondum maturi. O egregij athletæ! qui prius coronam quam comam in capite habetis, qui in sanguine vestro baptizati prius cælum quàm terram tetigitis, prius potiti triumpho quam militiam ingressi. O generosi milites, qui sine conflictu palmam, & sine certamine aureolam promeruistis! O cæli deliciae! O primi flores Ecclesiæ Dei, quos turbo quidam persecutionis, priusquàm emarcuissetis, deiecit. O lapphiri rutilantes & splendentes, quos quamuis tyrannus mundo velut quisquilias eiecit, cælorum tamen Rex velut Ecclesiæ suæ fundamenta, deligit. O illustres martyres, qui corpusculorum vestrorum stolas hodie in sanguine agni lauistis, & gloriosi iam in cælo ante thronum maiestatis eius viuistis! pro nobis omnibus apud Deum intercedite, vos, qui Herodis minas & rabiem contempnentes, ad mortem vsq; constantes permanistis. Habemus & nos tyrannos decuplo truculentiores, qui nobis imminet, & comminantur, vestris igitur precibus obtinere vt iisdem prostratis, victoriam

etoriam obtinentes, ac triumphum agentes, tandem portum, quem vos feliciter ingressi estis, ipsum inquam æternæ Beatitudinis portum ingredi meamur; ad hunc igitur vitæ nostræ cymbam SS. Trinitas dirigere dignetur Amen.

IN FESTO CIRCVMCISIO-
NIS DOMINI.

Postquam impleti sunt dies octo, vt circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus, Luc. 2.

FIGVRA.

VOluit olim in veteri lege Deus, vt primo mensis die, quem principium mensium deinde esse iussit, agnus absq; macula, masculus, & anniculus immolaretur, eiusq; sanguis effunderetur: idq; in perpetuum liberationis argumentum, qua Israelitæ ab Angelo exterminatore incolumes, solis Aegyptijs plagam sentientib. seruati sunt. Hodie quoq; totius anni mensium primi est initium, quo Christus Iesus, agnus ille sine macula, diuina ita disponente voluntate, sanguinem suū pretiosum cœpit effundere; verum sanguinem redemptionis nostræ augurium, salutis nostræ pignus, atq; euidentis inimicorum nostrorum ruinæ spirituumq; exterminantium ab anima nostra depulsionis signum & præfagium. Hæ sunt strenæ, quas sani Kalendaris Iesus paruulus amicis mittit. O beatæ Kalendaræ ô bona ac dextera auguria & strenæ Reges summo dignæ! Pluribus de ijsdem agemus, si solitum SS. Spiritus auxilium, & Reginae nostræ intercessio, antequam proueamur in altum, & vela in ventos laxemus, non defuerint. Salutationis igitur Angelicæ strenam vnanimis ad eam destinemus. *Aue Maria.*

Exod. 12.

Inter omnia legis Mosâicæ Sacramenta nullum
h 3 aut